



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Domitii Plati Societatis Iesv Theologi, De Domini
Nostri Iesv Christi Passione**

Piatti, Domizio

Coloniae Agrippinae, 1610

In gustu.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49474](#)

112 DE CORP. DOL. SALVAT.

3.

Job 16.

Tertiò, propter sanguinem, quidà capi spinarum aculeis perforato, in faciem oculos tanta copia decurrebat, ut prout necessarium fuerit, inde aspectum eius obfuscari, iuxta illud, quod in figura ipsius S. Job prædixerat. *Palpebra mea caliguntur.*

4.

Thren. 3.

Quartò, propter violentiam punctorum capitis: quæ habebant dolorifica quandam correspondentiam à capite in culos: quemadmodum significatum super Ieremiam dicentem. *Oculus meus effusus est.*

5.

Quintò, quod inimicos suos crudeliter efferatos præsentes cerneret, illorumque cæcitatem peruidere.

6.

Ad extremum, propter aspectum dilectionis matris suæ, afflictæ suâ caussâ, & alium mulierum se insequentium & lamentantium.

DE TORMENTIS QVAM
Christus in gustu perpetuus
fuit.

I.
Tormenta
gustus.

CONSIDERA Christum in hunc sensu, incredibiliter cruciatum fuisse. Primò, propter sitim flagrantissimam, qua supra modum affligebatur, profecta erat ab ingenti latitudine, & copioso sanguine ex omnibus venis profusa;

LVAT. CONSIDERATIO III. 113

qui capi-
faciem
vt prodi-
im eius ob-
gura ipsi-
ea caligu-

fo; ita vt propterea totus exuccus & ex-
haustus eslet.

Secundò, propter spiritualem sitim ani-
marum, quam intrinsecus ardebat, quæ
sicut corporali multò erat flagrantior, ita
intolerabilius eum affligebat & crucia-
bat.

Tertiò, propter gustum felle & aceto a-
maricatum & infectum, de quo per Pro-
phetam Dauidem conqueritur dicens:
Dederunt in escam meā fel, & in siti mea pō- Psalm. 68.
tauerunt me aceto. Et verò tanti cruciatus,
fuit impietas hæc atque immanitas in Sal-
uatore usurpata, vt quasi cæterorum tor-
mentorum oblitus, huius specialem & af-
fiduam à nobis exigat memoriam, dicens:
Recordare paupertatis & transgressionis mea, Thren. 3.
absinthij & fellis.

DE POENIS ET AFFLICTIO-
nibus quas Christus in auditu
sustinuit.

C ONSIDER A Christum in hoc
sensu vehementer tortum & crucia-
tum fuisse. Primò, quod audirent
clamores horribiles, & voces infernales Tormenta
totius populi aduersum se, veluti tot effe- auditus.
torum leonum rugitus.

Secundò, quod perciperet murmuratio-
nes, maledictiones, & blasphemias torto-
rum

2.

3.

1.

2.